



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

Sic & supra cap. 5. iudicio dei, Philistim, apud quos David beneficium acceperat, irruūt in Israëlem, contra Davidis regnū, ut pereant. Diximus de Amonitis supra cap. 8. [Rasit.] Ista erat ignominia Iudæis, prohibuerat enim lex Leuit. 19. quin & ignominiam fuisse gentibus hoc opprobrium satis declarat.

Roob, Saba &c. Regiões sunt illic Syrorū uel ciuitates. Verum in Heb. dicitur Syros domus Rehob. Rehob fuerat pater Adadexer, supra cap. 8.

In omnibus his uidere licet iudicia dei in illos qui perire debent, & ueritatem & misericordiam dei confirmantis suū uerbū patribus promissum & seorsum Dauidi, ut non dubitetur unquam defuturus suis qui istis inijs hoc regnum iuuerit.

## CAPVT XI.

**R**ex ille electus à deo, fortis in quosuis aduersarios, tantis tentationibus ad regnū euectus, qui præterea promissionē habet regni æterni, iam, dum extra militiam se cure agit, subditis sibi undiquaq; gētibus, in crassissima labitur & adulterij & homicidij peccata, atq; adeo turpiter, ut nihil ne caro quidē inuenire possit quod uel in speciem huic impietati prætendatur. Qua enim specie excusare poteris impietatē cordis eius, ubi ita agit cum Vria optimo uiro, & tandem morti eum obij

cit & propter eum alios, tantū ut post adulterium uir  
 taret infamiam? tantum absuit ut peteret ex deo uenia  
 am. Hic ergo iacet tantus uir, impius iam in deū & in  
 iustus in proximum, nec id uulgari hominum more.  
 Quid enim iniquius in proximum fieri potuisset quā  
 post uitiatam, coniugem etiam occidere? Quid magis  
 impium in deum quā ubi petenda uenia est, addere  
 peccata, & propter honorem tuum conseruandū cura  
 rare in deum blasphemiam? quemadmodū & prophe  
 ta cap. sequenti dicit, Blasphemare fecisti inimicos no  
 men domini propter rem hanc. Nec tamen statim Da  
 uid ab ista impietate respuit, sed perdurauit ad lon  
 gum tempus, nempe usq; post natum puerum ex isto  
 adulterio, ut historia indicat, quādo increpatus dixit  
 ex corde, Peccaui. Hinc uidere licet quæ sint fictæ illæ  
 poenitentiae nostrorum & confessiones. Nam interim  
 quomodo potuit tantus uir ignorare se peccasse, aut  
 tam crassa uitia, ut sunt adulterium & homicidium nō  
 esse peccata, quæ etiam non ignorant Turcæ? et tamen  
 hic uides non agnouisse peccatum, Non enim lex ei re  
 uelabatur interea, ut intelligere posset impietate peccati,  
 & conscientia iudicio dei terreretur. Tamen opi  
 nionē proculdubio habebat q; deus est misericors, &  
 pro peccato secundū legem sacrificabat, ieiunabat cū  
 alijs, festa celebrabat, quasi iā deus peccati oblitus esset  
 & impietatem cordis eius non uideret, sed omnia hys

peccatū esse sequentia declarant, omnia enim agit ut peccatū maneat occultum, ut cunq; deo displiceat. Hæc autem scripta sunt propter nos qui sumus in regno Dauidis, ne unq; securi simus quasi iam peruicerimus. Non est enim nobis colluctatio &c. Ephe. 6. Et quicquid est in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum & superbia uitæ, Non dormit noster aduersarius, sed circūit tanq̄ leo rugiens &c. cui resistendū forti fide, forti fide præditus esse non potes nisi iugiter deū inuoces, eius enim illa donū est & uirtus, Deinde ne desperemus si nobis contingant graues ruinae postq̄ suscepti sumus à deo, ut sciamus q̄ sicut nostra iustitia nos saluare non potest, ita peccatū quod conscientias nostras præmit nos dānare nō possit, quandoquidē nostra iustitia deus est per Christū, modo hoc credamus. Et ut ista exēpla nobis essent efficacia maximis sanctis ista contigerunt. Sanctificata &c.

Id est, cessauerūt menstrua illa scēminarū, id quod est signum foeminas concepisse.

### Dormiuit Vriæ.

Id animi dedit Vriæ deus, ut hic augetetur Dauidis impletas &c. Arca dei. Vides ex profelytis fuisse optimū uirum & pium. [Ponite Vriam.]

Alios quoq; innocētes morti obijcit Dauid ut innocēs Vriæ intereat. [Posuit Vriam.] Sic & Iezraëlita faciunt quod iusserat impijssima Iezabel. 3. Reg. 21.

Exemplum illorū qui neq; deum neq; homines ueritē sentiunt qui diuis agendū, ut non perdant principis aut dominorū gratiam. Impietas Ioab ubiq; describitur et tamen optimus coram hominibus dux erat & strenue omnia agebat. Ideo postea scriptura eum in catalogo fortium Dauid non nominat, sed potius Dauid mandat moriturus contra eum iudiciū, & à Salomone occiditur. [Abimelech.] lege Iudicum. 9.

Difficuit] uerbum, id est, factum &c. Difficue- rat domino semper hoc factum, sed iam hoc primum scriptura more suo dicit, quando deus uult iram suam & peccatum reuelare, ut ipse quoq; homo in conscientia sua sentiat peccatum deo displicere, quemadmodum hic facit per Nathan, & aliās per præcones uerbi sui prædicata lege.

## CAPVT XII.



Similitudine proposita, Nathan à Dauide extorquet sententiam proprio ore se condemnantem. Et statim prædicatione legis condemnat Dauidem, sed ex animo resipiscentem absoluit euangelio, dicens, Dominus abstulit peccatū tuum, nō morieris. Habes itaq; hic insigne exemplū de ui legis & euangelij, de quo in locis suis Philippus noster.

Duo uiri, sunt Dauid & Urias, ille habet oues & boues plurimas, id est multas uxores, hic unam